

1532. g. 28. Junij


567

Mandatum ad tractandam  
Concordiam inter Sigismundum  
Regem Poloniae et Voivodam Va-  
lachorum datum Domino Lauren-  
tio Myszkowski.

160

Sigismundus etc.

Manifestum facimus universis quia  
sicut multis iniuriis contumeliisque  
et damnis, a Petro Voivoda terra mol-  
daviensi affecti sumus, illeque contra  
ius iurandum praestitum et fœdera no-  
biscum iuncta et firmata, bellum no-  
bis hostile et imperatum intulerit.  
Nos tamen rationem habentes commo-  
dum et utilitatis publicae, quae in so-  
cietate hominum praecipue vero pacis  
et concordiae conservatur volentes demique  
satisfacere desiderio et postulatiioni tam  
Serenissimi Domini Joannis Hungariae  
Regis quam incliti Turcarum Imperato-  
ris, quae nos ad Concordiam cum ipso  
Petro Voivoda Moldaviensi pertra-  
hebant et sollicitabant miseris et  
deputavimus ad eandem Serenissimi Do-  
mini Joannis Hungariae Regis Ma-  
gnificum Laurencium Myszkowski De

minow  


Mirow Castellani Bienen Consiliani.  
um nostrum sine Dilectum. Cui ple-  
nariam auctoritatem et potestatem De-  
dimus damusque harum literarum serie  
cum oratoribus dicti Petri Vaivoda Mol-  
daviensi in presentia tam Reverentissimi  
Domini Joannis Hungariae Regis pra-  
dicti quam Illustris et Magnifici Ludo-  
vici Gritti Gubernatoris Regni Hungariae  
de concordia et Pace belloque sistendo  
inter nos et eundem Vaivodam agendi  
tractandi Consulendi transigendi et de-  
terminandi promittentes in verbo nostro  
Regis quod quicquid per illum actum  
tractatum et constitutum fuerit Ratum  
gratum et firmum perpetuum habituros  
non secus quod si nos ipsi eorum ageremus.  
In cuius rei testimonium praesentes literas  
manu propria subcriptas Sigillo nostro  
communiri fecimus. Datt Cracovia Die  
28 Junij anno Domini 1532. Regni  
nostri 26.